

20110

18009

Rehm  
fn. Jac. Rehm, Diss. de  
Donationibus inter vivos et  
Uxoriam ad Constitutionem  
Argentoratensem.  
1692

18039

18

DISSERTATIO JURIDICA  
INAUGURALIS

DE

DONATIONIBVS  
INTER VIRVM ET  
VXOREM,

Ad

Constitutionem Argentoratensem.

Quam

*Affulgente Divini Numinis gratia*

Decreto & Auctoritate

MAGNIFICI ICTORUM ORDINIS

In Illustri Argentoratensium Universitate

Pro

*Summis in Utroque Jure Honoribus & privi-  
legiis Doctoralibus rite impetrandis*

SOLENNI ac placido Eruditorum Examini  
subjicit

PHILIPPVS JACOBVS REHM,

Argentoratensis.

*Ad d.*


*Anno M DC XCII.*



ARGENTORATI,

LITERIS STÆDELIANIS.

Dr.



I. N. D. N. J. C.

*Disputatio Juridica Inauguralis*

*De*

*Donationibus inter virum*

*& uxorem,*

*ad*

*Constitutionem Argentoratensem.*



Non animus hic est, B. L. exactam instituendi tractationem de Donationibus inter virum & uxorem, quippe quod dissuadet & ingenii imbecillitas, & urgens iter proxime B. C. D. ingrediendum; sed proponendi saltem materiam colloquii alicujus Academici, idque occasione Constitutionis cujusdam Reipub. hujus, de donationibus inter virum & uxorem. Hic igitur siquid minus accurate fuerit propositum, excusabis B. L.



neque enim omnis error culpandus est statim, quoniam in nullo penitus peccare divinitatis est magis, quam mortalitatis. Ego certè humani nihil à me alienum puto, homo sum, labi possum. Quod si iudicium alicubi defuit, animus tamen rectus non defuit. Coeterum omnium expectationi satisfacere non valeo, sed quid si non omnibus placeo? & mihi non omnes placent, Soli DEO paucisque bonis placuisse sat est. Tu vero Alme DEUS rege manum scribentis & linguam defendentis ut cuncta succedant in nominis Tui gloriam atque FELICITER.

## §. I.

**R**eperitur constitutio nostra in Ordinatione de Contractibus: pag. 20. verba ita sonant:

*Actu Ehegemächte soll dem andern etwas zum Eigenthumb geben.*

*Dehein vnser Burger mag geben sinem Wibe / noch des hein wip vnser Burgerin / mag geben irem Ehlichen Manne / deheiner hande gut / das die Eigenschafft sin sy / nuwent zu eime Wideme. Weders vnter ihnen gebe sin Gut zu eigen / die Giffe soll nit gelten / in wellichen weg sü gesehee. Grossen Rhatsbuch. fol. 81. fac. 2. Porro legitur*

gitur hic textus in *Cod. Statut. Pergam. D. fol. 32.* in margine adscriptus, ubi tamen pro *ehlichen Manne* legitur *ehlichen Würte*. Item in *libr. stat. E. fol. 47.* Item in *Lib. Perg. F. f. 63. b.* atque in *lib. Chart. H. fol. 66. b. & I. a. fol. 64.*

## §. 2.

Autor hujus constitutionis est inclytus Magistratus hujus Reipublicæ Patriæ nostræ, quam DEUS servet, augeat atque tueatur. Statuta enim condere legesque civibus suis præscribere posse magistratum, præcipue talem, qualis est, ac tempore statuti conditi fuit inclytæ hujus Reip. Magistratus, quis est, ni penitus velit audiri ignarus, qui vel audeat dubitare, imprimis quia jus ferendi leges, Magistratus Argentoratensis habet ex privilegio vetusto, quod exhibet *Limnæus J. P. 7. 3. 23. Knipschild. d. Civit. Imp. 3. 51. 81.* Coeterum moribus jam olim erat apud Romanos prohibita hæc donatio *l. 1. π. h. t. d. donat. inter vir. & ux.* sed divus Antoninus Augustus Imper. hac de re orationem habuit in Senatu, juxta *l. 3. pr. π. eod. C. J. A. h. t. §. 2.* per quam orationem ipso jure valere coepit talis donatio, sed revocabilis fuit usque ad mortem. *l. 32. π. d. t.* Jure Alamannorum durante etiam matrimonio maritus donare potuit uxori Morgengabam, quam vocarunt Nachschait. *tit. 562.* prout rectius legitur cum nota marginali Heroldi, alias enim legitur *nastaid. vid. du Fresne Gloss. h. v.* Imo præter Morgengabam etiam usumfructum vel dotalitium conjuges sibi invicem donare poterant, sed cum consensu heredum. *Jus Alam. Prov. C. XXI. & C. XXV.* Jus itaque civile primum introduxit hanc prohibitionem Donationis inter conjuges, non vero jus naturæ vel gentium, quod vel exinde fit manifestum, quia valet talis donatio inter Reges atque Principes. *l. pen. C. h. t. & evincunt Gomez,*

mez, Molina, Lessius, Ferdinandus de Castro Palao de justit. commut. *disput.* 2. p. 25. §. 6. 1. vid. Consultissimus Dn. Schilterus Patronus atque Præceptor meus æternum devenerandus in *Inst. Jur. Civ. tit. d. donat. aph.* 13. *Berlich.* 2. *Conclus.* 15. n. 19. *C. I. A. h. t. n.* 27. Imo & inter privatos, sicuti jure Wisigothorum & Hispanorum, excepto primo tantum anno conjugii, quippe quo profusior invicem conjugum facilitas. *lib.* 3. *tit.* 1. *c.* 5. & *l.* 5. *tit.* 2. *c. fn. Dn. Schilterus l. cit. Hahn. ad Wesenb. h. t.* Sic etiam jure Bavarico valet donatio inter conjuges, certa tamen restrictione. *Reformation der Bayrischen Landrecht de anno 1518. tit.* 44. *art.* 8. von sonder Vermächtnus oder Gab zwischen der Eteleit. Wo zway Wirdleüt sind / die nicht Rhind haben / da mog ains dem andern / auß freyer Willkühr unbezwingentlich / mit beschaidenheit / wol ein Gab thun / oder sein Haab vermachen / vor ofsem Gericht / oder mit Brief und Sygl. Gewunnen sy aber / nach dem Vermächte / und mit einannder / so sol sölich Gab / oder Vermächte ab / und den Rinden an irem gepürlichen Erbtail / vnabpruchig seyn. Wo auch ains / auß den Wirdleüten / nach absterben des anndern / zu der andern Ee greyffe / vnd bey dem ersten Eegemahel rechte natürliche und eeliche Kinder ains oder mer hat / so mag doch dieselb Person / sinem anndern Eegemahel / nit mehr geben / oder vermachen / dan so vil / der Kind ains nem der vorigen oder ersten Ee / zu seinem gepürlichen Erbtail vor derselben Person vnwärlich zu dem mynnsen werden mag. Was aber demselben andern Eeges mahel mer dan der Kind einen der vorigen ersten Ee / geben oder vermache würdet / solhes sol khain Krafft haben.

§. 3.

Tempus conditi nostri statuti Argentoratensis appositum non est, sed vetustum illud esse, vel idioma indicat, & longa jam observantia confirmat. Neque incongruum forte erit, si in decimum quartum seculum rejicimus ejus initium, quippe quo tempore plures scimus salutare accepisse ejusmodi leges nostram civitatem, ob reformationem illam juris, quæ anno 1322. coepit, de qua Chron. Argentor. & quoniam in illo libro statutorum Argentoratensium MSC. primum reperitur. Quoniam autem ut diximus, certa ætas manifesta non est, nec hanc nostram de ætate ejus sententiam, nisi conjecturis suffultam dicimus, nec refragabimur meliora edocti, hac in parte mutare sententiam, quicquid enim hic scriptum, salva rectius sentientis opinione scriptum.

§. 4.

Quoniam autem variæ sunt constitutionum species, sunt enim vel Decreta, vel Interlocutiones, vel Orationes, vel Ediçta, vel Mandata vel denique Rescripta; quaeritur ad quamnam hæc nostra sit referenda? Optimo autem jure ad Ediçtum referri posse putamus, quod proprio motu ad subditorum utilitatem constituitur. *conf. l.* 1. §. 1. *π. d. Const. Principp. l.* 3. *C. d. LL. Theoph. ad §.* 6. *I. d. I. N. G. & C. dicitur alias Lex Ediçtalis. l.* 6. *C. d. Secund. Nupt. vid. C. I. A. tit. d. Const. Principp. §.* 11. & *seqq.*

§. 5.

Labeonis nunc Antistii Jcti exemplo, qui Latinarum vocum origines rationesque percalluerat, eaque præcipue scientia ad enodandos plerosque juris laqueos usus erat. *A. Gell. noct. Attic. Lib.* 13. *c.* 10. vocabulorum significationem hic præmittendam censemus, quoniam secundum Ulpiani Jcti effatum, è re est, priusquam ad verborum

tum interpretationem perveniatur, pauca designatione referre. *l. 1. pr. π. d. Reb. Cred. conf. l. 7. π. d. Supell. leg. in fin.* Imprimis quoniam neglectus verborum parit paulatim rerum incertitudinem, rursus incertitudo neglectum, ut tandem neque verba neque res teneamus. *Joh. Oldendorp. in Class. 4. Act. 24. p. m. 646.*

## §. 6.

Occurrit autem (in rubrica quæ nigro coæva non est, nec etiam in msc. extat) primo vocabulum *Ehegemächte* / quod conjuges designat, seu personas matrimonio sibi junctas invicem. Vox autem *E* / *Ehe* / majoribus legem, jus, foedus notavit: unde *die alte und neue Ehe* / foedus vetus & novum. Deinde in specie legem & foedus nuptiale, matrimonium significat. *Dn. Stryck. Spec. usus mod. Pand. ad tit. si quis caut. in judic. sist. caus. fact. non obtemp. §. 6. pag. 140.* Itaque à contrahendo matrimonio dicuntur *Ehegemächte* / vocantur etiam alias simpliciter *Gemächte* in *const. Argentor. von Widemen. c. 1. 9.* item alias *Eheleuthe* vocari solent, & in supra allegata constitutione *Bavaria* dicuntur *Wirdleut.*

## §. 7.

Per *Wib* / *Wip* / uxorem intelligi palam est, sive foeminam viro traditam, quemadmodum patet ex verbis *sinem Wibe* / *irem ehelichen Manne* / & quod textus disertè loquatur de personis conjugatis *von Ehegemächten* / item in msc. habetur *sinem elichen Wibe* / & mox, *irem elichen Wurte*. Sic etiam in Latino per uxorem designamus viro traditam, ut ostendit *l. 28. C. de Nupt. l. 22. §. 4. C. de furt. & servo corrupto. l. 9. pr. C. de secund. Nupt. l. 11. §. 2. C. de Repud.* Dicitur alias mulier *l. 32. §. 13. π. d. donat. inter vir. & uxor. l. 5. §. 2. π. ad L. Jul. d. vi publ. l. 195. §. fin. π. d. V. S. l. 11. §. 2. C. d. repud.* Item *Conjunct. l. 28. C. d. Nupt.* *Conjuncta persona. l. 22. §. 4. C. d. repud.*

Item.

Itemque jugalis. *l. 3. §. 1. C. d. advoc. diversor. judicum. & l. 5. §. 1. C. eod.* Quamvis jugalis etiam pro marito sumatur, prout patet ex *Marculfi Monachi formularum Lib. 1. c. XII.* quod continet præceptum donationis, ubi hæc verba leguntur: Similiter in compensationem rerum, dedit prædicta foemina antedicto jugali suo illi, villas nuncupatas illas &c. Item in *Lib. II. c. VII.* similiter & ego illa, dulcissime jugalis meus ille, commonet me dulcitus tua &c.

## §. 8.

Per *Mann* maritus intelligitur, *ein Ehemann* / *Ehelicher Mann*. Sumitur autem hoc vocabulum *Mann* vel ratione sexus, vel ratione fortitudinis, vel ratione conjugii, qui ultimus significatus hujus est loci. Sicuti etiam apud Latinos vocabulum viri triplici illa ratione sumitur, sed in rubrica disputationis hujus itidem maritum denotat, sicuti sumitur in *t. t. π. & C. d. donat. inter vir. & ux. l. 4. §. 6. π. d. grad. & affin. & nomin. eor. l. 4. C. d. secund. nupt. l. 2. C. d. jure fisci. l. 2. C. salut. matrim. l. 6. π. d. his, qui sunt sui vel al. jur.* Sic sponsus sive futurus maritus, vir appellatur futurus. *l. 1. C. d. donat. ante nupt. & vir secundus legitur in l. 4. C. d. secund. Nupt. & diserte vir & conjunx tanquam relata ponuntur in l. 28. C. d. nupt. ibi: ut quantum vir in altum tollatur, tantum & conjunx ejus decreseat, ima magis pereat. Unde & nobiles virgines dicuntur viri potentes. *pr. I. d. nupt. l. 101. π. ad L. falcid. l. 13. π. d. V. S. l. 7. C. qui pet. tut. vel curat.* Neque solum apud *Jctos* hæc significatu usurpatur hoc vocabulum, vir, sed & apud alios autores. *Terent. in Andr.* Tibi generum firmum, & filix invenies virum. *Ovid. lib. 2. Metamorph.**

Imminet exitio vir conugis, illa mariti.

*Plautus in Cass.* quid agis tu marite, mi vir, unde ornatu hoc advenis.

B

§. 9.

## §. 9.

Per vocabulum autem **Eigenthumb & Wideme** proprietas & usufructus designatur, prout omnibus vernaculam nostram Germanorum linguam callentibus per est notum. Solent enim hæc à se invicem distingui, & tunc proprietas nuda dicitur, l. 8. §. 3. *C. d. bonis qua liberis*. **Wideme** autem usufructus est à proprietate separatus, & usufructus qualiscunque etiam sit, nudus tamen, sicuti sumitur in verbis testamenti illius, quod citat Dn. Joh. Jac. Fridius in *Disp. sua Inaug. de jure viduitatis von Widemen* 8. 6. & ita sonant: *Ich begehre auch daß meine Tochter alleine ihre legitimam und natürlichen Pflichten Theil / jedoch titulo institutionis und ohne alle beschwerd und condition, das übrige aber nur Widems weiß haben / und mit ihrem Ehevoigt die Zeit währendes Ehestandes genießen / das Eigenthumb aber ihren Kindern versangen seyn soll.* Coeterum hujus vocabuli Etymologian, Synonymian, Paronymian atque Homonymian vide in modo laud. *Disp. Dni. Fridij. th. 3. 4. & seqq.*

## §. 10.

**Geben** hoc loco idem est ac in alium transferre dominium, quia dari cuiquam id intelligitur, quod ita datur, ut ejus fiat §. 14. *I. d. Act. conf. l. 75. §. f. π. d. V. O. l. 29. §. 3. π. d. Leg. 3. l. 19. π. d. liber. caus. l. 167. π. d. R. I.* quod autem hac in germanica nostra constitutione **geben** / dare, significat, id Latini **CTi** per donare expriment, *arg. t. t. π. & C. d. Donat. inter vir. & ux. l. 1. d. Donat.* ubi dare & donare promiscue legitur, & data ante nuptias pro donata legitur in *l. 8. C. d. præd. & al. reb. minor.* & dare donationem, dicitur in *l. 20. C. d. donat. ante nupt.* Item dono dare, in *l. 2. C. d. donat. que sub modo.*

## §. II.

## §. II.

Dicta autem est donatio à dono, quasi doni datio, rapta à Græco; nam hi dicunt *δώρον καὶ δωρεοδότης*, donum & donare. *l. 35. §. 1. π. d. donat. mort. caus. vid. Hahn ad Wesf. tit. d. donat. n. 2.* Varie autem accipitur vox donationis, nam aliquando & is dicitur donare, qui rem pro derelicto habet. *l. 36. π. d. stipul. servor.* vel etiam is, qui transigit. *arg. l. 1. §. 6. vers. atsi π. si quid in fraud. l. 15. §. 4. π. Locat. Grot. de I. B. & P. II. XVI. 5.* Interdum sumitur pro ipso donandi actu, seu actuali rei traditione, & denique interdum pro promissa donatione, seu promissione donationis. *l. 2. pr. §. 1. & 2. π. d. donat. vid. C. I. A. tit. d. donat. §. 2.* quanquam alias differant tractatio & promissio donationis, ab ipsa donatione. *Bachov. ad Wesenb. tit. d. donat. §. 3. conf. B. D. D. Rebhahn. in Hodeg. Jur. Chart. 3. clim. 3. paral. 2. th. 25.* Definimus autem donationem, quod sit actus concessionis *l. 19. π. d. V. S.* quo res quædam nullo jure cogente ob solam & meram liberalitatem & munificentiam in acceptantem confertur. *l. 82. π. d. R. I. l. 29. π. d. donat. conf. Consultissimus Dn. Dr. Schragius, Magnificus nunc Academiae Rector, Præceptor meus colendus in Introd. ad π. tit. d. donat. §. 3. & seqq.* ubi plura de donationis materia huc spectantia inveniuntur. An autem donatio potius contractus, an pactum, an modus acquirendi, an vero actus potius sit dicenda, *vid. Id. l. cit. C. I. A. tit. d. donat. §. 2. Eckolt. ad. π. d. tit. §. 1. ibique Dn. Schwendendorfferus Præceptor olim meus in Academia Lipsiensi devote semper colendus, in nott. ad Eckolt. Rittershus. ad Inst. tit. d. I. N. G. & C. vers. juris etiam. p. m. 26. item ad tit. d. donat. p. m. 210. itemque ad tit. d. Oblig. que ex conf. p. m. 464. Hahn. ad Wesenb. tit. d. donat. n. 2.* Forte res ita confici poterit: Donatio est actus, sed hoc

est genus remotum, est & pactum, quod species est actus, sed pactum legitimum de jure Romano: Jure Gentium inter contractus referri potest. Est etiam modus ac titulus acquirendi Domini, *fr. l. d. donat.* ut venditio, permutatio; sed hoc non est genus, sed qualitas & effectus proprius.

§. 12.

Dividitur autem donatio diversimodè, ut in merant. *l. 27. π. d. donat.* remuneratoriam. *cit. l. 27. π. d. donat. l. 54. §. 1. π. d. furt. l. 25. §. 11. π. d. hered. petit.* quæ iterum est vel reciproce talis, & simul fit, aut remuneratoria tantum præcedentis donationis causa, & directa vel conditionalis vel rectius pura aut conditionalis. Porro donatio aliquando pura est, aut mixta cum alterius generis negotio. Denique aut est inter vivos, aut mortis causa. *vid. pl. apud Consultiss. Dn. Dr. Schilterum in Inst. Jur. Civ. tit. de donat. aph. 2. 3. & 4. C. 1. A. dict. tit. §. 3. Eckolt. ad π. d. tit. §. 2. Wesenb. parat. π. d. t. §. 3. ibiq. Bachov. & Hahn. Rittershus. ad Inst. tit. dict. p. m. 210. & seq. Wesenb. in Isagoze ad Inst. lib. 2. n. 35.*

§. 13.

Causa efficiens remota donationis, jus est naturale atque gentium, cum quis donat & statim tradit. *arg. §. 41. Inst. d. R. D. & l. 1. §. 2. l. 2. §. 1. π. d. precar.* quippe pars domini est jus alienandi. Sed quoniam jus civile varie restrinxit naturam ejus universalem per species & civiles formas, itaque inter acquisitiones civiles refertur. *Ampliss. D. D. Schilterus. d. l. aph. 1. C. 1. A. tit. d. donat. §. 4. Glossa ad pr. l. d. donat.* Causa proxima est consensus donatoris & donatarii *l. 10. C. d. donat. l. 10. & 9. §. 2. π. eod.* dico donatoris, utcumque etiam is sit declaratus. *l. 6 C. d. donat.* qui tamen facile non præsumitur, sed probandus est. *l. 7. pr. π. d. donat. l. 25. π. d. probat. vid.*

Hahn.

*Hahn. ad Wesenb. parat. tit. d. donat. §. 4. Eckolt. d. t. n. 3.* dico donatarii, nam requiritur præter oblationem etiam acceptatio, alias aliud erit negotium, e. g. fideicommissum, ut in *l. 75. pr. π. d. legat. 2. Genes. XXIII. n. 11. vid. l. 2. §. 6. π. d. donat. l. 6. C. eod. Grot. d. I. B. & P. 2. II. 17.* ut enim invitus non donat, *l. 18. π. d. adim. vel transf. legat.* ita nec invito donatur, *l. 69. l. 156. §. 4. π. d. R. I. l. 19. §. 2. π. d. donat.*

§. 14.

Subjectum donationis sunt personæ donationem celebrantes, donator & donatarius. Donare autem regulariter quilibet potest, qui habet dominium, liberamque rerum suarum administrationem; partes enim domini præcipuæ sunt: jus habendi pro suo, libere administrandi & disponendi, utendi fruendi, alienandi, *Consultiss. Dn. Schilterus. Inst. Jur. Civ. 2. 2. aph. 2.* Excipiuntur tamen nonnullæ personæ, quæ donare prohibentur; quædam natura, quædam etiam lege. *vid. C. 1. A. tit. d. donat. §. 5. Dn. Struv. Exercit. XI. th. 6. & seqq. Wesenb. parat. π. tit. d. donat. n. 4. Eckolt. d. tit. §. 5. & Consultiss. Dn. à Stoëcken, lumen quondam Academia nostra beatè extinctum, in disert. d. donationibus Illicitis. §. 5.* Ad quas personas prohibitas maxime etiam spectant maritus atque uxor, ob constitutionem nostram, & *tot. tit. π. & C. & decretal. de donat. inter vir. & uxor.* Donari itidem cuilibet potest specialiter non excepto, qualis iterum est vir atq; uxor. *vid. author. modo cit.*

§. 15.

Objectum donationis sunt res omnes in commercio existentes, tam corporales, quam incorporales & jura. *l. 9. pr. l. 17. l. 18. l. 27. l. 33. π. l. 3. l. 11. C. d. donationib.* modo etiam sint in commercio donantis. *d. l. 9. §. f. π. d. tit.* licet sit res aliena. *d. l. 9. §. f. π. h. t.* sive sit mobilis sive immobilis. *l. 18. §. 2. l. 9. §. 1. l. 31. §. 2. l. 35. §. 2. π. d. donat.* Etiam ususfructus donari potest.

B 3



potest. §. 1. *d. Usu & habit. l. 12. §. 2. π. d. Usufr. & statut. nostr.*  
 an vero valida etiam sit donatio omnium bonorum, præ-  
 sentium & futurorum, disputant Dd. *vid. Magnif. Acad.*  
*Rektor in cit. Introducēt. tit. d. donat. §. 11. Eckols. d. tit. §. 6.*  
*Carpz. 2. Consil. 12. def. 26. n. 1. & seq. Modest. Pistor. Con-*  
*sil. 19. vol. 2. Michaël Grassus Commun. Opin. Lib. 1. c. VIII.*  
*d. donat. quest. 1. 2. 3. & 4. Didacus Cavarruv. Lib. III. va-*  
*riarum resolutionum, cap. XII. Franciscus Vivius. Lib. 1. opin.*  
*27. Matth. Gribaldus. Commun. Opin. voc. donatio. n. 7.*  
*Cur. Jun. Conf. 25. n. 1. Panor. conf. 48. vol. 2. Jo. Duran. in*  
*arte test. tit. 10. c. 2. Villalobos. Commun. Opin. lit. D. voc.*  
*donatio, ibique Jo. Fichard. n. 136. & seqq. Hieron. Schurff.*  
*Centur. 2. Conf. 69. n. 3. B. D. à Stoëcken, in d. Disput. §. 19.*  
*Purpuratus Consil. 152. n. 14. & Consil. 245. n. 1. & Consil.*  
*506. n. 5. Andr. Alciatus, Comment. ad tit. Cod. d. pact.*  
*n. 79. & seqq. Mozzius. d. Contract. tit. d. donat. n. 6. p. m.*  
*779. Franciscus Marcus in Decis. Aureis, tom, 2. 9. 128. n. 5.*  
*B. D. Loccam. ad pr. Inst. d. donat. n. 1.*

§. 16.

Forma hujus donationis in eo consistit, ut fiat inter  
 virum & uxorem, nullo jure cogente. *l. 29. π. d. donat. l.*  
*82. π. d. R. I. l. 214. π. d. V. S.* Requiritur ergo primo ut fiat  
 nullo jure cogente. 2. ut donator voluntatem illam suam  
 declaret. 3. ut donatarius quoque rem donatam acceptet.  
*l. 55. π. d. O. & A. l. 8. §. 3. π. d. bon. libertor.* Exceptio est in  
*l. 15. C. d. SS. Ecclef. vid. C. I. A. tit. d. donat. th. 12.* 4. ut  
 fiat inter personas matrimonio sibi junctas, in quo ipso  
 consistit differentia specifica hujus donationis, ab aliis do-  
 nationum speciebus.

§. 17.

Quia autem ob eam sæpissime causam fiunt inter  
 conjuges donationes, ut maritalis concordia pretio con-  
 cilietur. *l. 1. 2. & 3. π. d. donat. inter vir. & uxor.* qui finis  
 est

est pessimus, ac proinde non tolerandus, quoniam hone-  
 stus amor, qui in matrimonio requiritur, non donis &  
 largitionibus, sed solis animis æstimatur. *d. l. 3.* Hinc do-  
 nationis effectus inter conjuges est nullitas actus. Ipso  
 enim jure, quæ inter virum & uxorem donationis causa  
 geruntur, nullius sunt momenti. *l. 3. §. 10. π. eod.* ita, ut  
 dominium non transferatur in donatarium. *l. 3. §. 10. &*  
*seq. l. 5. §. 9. l. 7. §. pen. & ult. π. l. 18. & 2. C. h. t. de jure ni-*  
 mirum veteri Romanorum, sed transfertur post Oratio-  
 nem Antonini Caracallæ. *l. 32. §. 1. π. h. t.* Cum priore au-  
 tem, veteri scilicet Rom. jure, convenit jus nostrum sta-  
 tutarium Argentoratense. Ergo cum donatarius domi-  
 nus non fiat rei donatæ, & res pereat suo domino *l. 9.*  
*C. d. pign. act.* sponte sua fluit, quod res pereat donanti.  
*l. 16. l. 28. pr. & §. 3. π. h. t.* aut etiam si res fiat deterior.  
*l. 7. §. 3. π. h. t. vid. plura apud C. I. A. h. t. §. 3. & seq.* Con-  
 traria autem hujus prohibitæ donationis tractat. *C. I. A.*  
*h. t. th. 6.* quo etiam Benev. Lectorem remittimus brevi-  
 tatis studio.

§. 18.

Hicce itaque ad illustrationem textus nostri præmi-  
 sis, ordo postulat, ut breviter quoque summariam ejus  
 intentionem indicemus, quæ tamen expresse jam com-  
 prehensa in rubrica apposita, scilicet **kein Ehegemächte  
 soll dem andern etwas zum Eigenthumb geben.** h. e. con-  
 jugibus esse interdictam donationem quoad propieta-  
 tem. Quæ regula juris est communis, Romani, Saxo-  
 nici. *vid. late Consultiff. Dn. Schilterus in Exercit. ad π. 36.*  
*th. 100.* Exceptio tamen est in usufructu, quem conju-  
 ges sibi invicem donare hac constitutione non prohiben-  
 tur; quæ exceptio juris est statutarii, jure enim Romano,  
 neque usumfructum sibi invicem donare possunt conju-  
 ges.

ges. C. I. A. h. t. §. 5. Neque etiam veteri Argentoratensium jure inter conjuges ususfructus donatio per omnia valuit. *vid. Constit. von Widemen. cap. IV. & XIII.*

§. 19.

Ut autem hæc eo perspicacius percipiantur, proponemus hujus facti aliquam speciem, quoniam & alias secundum Julianum *l. 3. §. 2. π. d. Collat. bonor.* exemplis res fit manifestior. Negotium itaque tale erit: Titius duxit in matrimonium Sejam, & constante ac durante sic matrimonio, Titius maritus donat Sejæ uxori fundum suum, interveniente autem aliquo temporis spatio heredem instituit Mævium omnium bonorum, mox moritur Titius, ac Mævius adit hereditatem, petitque illum fundum, quem tamen Seja vidua cedere recusat, se fundans in donatione constante matrimonio ipsi à marito suo Titio facta; quæritur ergo an donatio illa valide à Seja vidua possit hic allegari? Et negatur per textum nostrum, uti claris dicitur verbis: *die Giffè soll nit gelten.* Ergo convenit jus nostrum non cum Oratione Antonini sed cum veteri rigore juris.

§. 20.

Regerere tamen quis posset esse hanc prohibitionem contra expressos juris textus, utpote in quibus domino permittitur liberè administrandi res suas, quoniam quilibet est liber rerum suarum moderator atque arbiter. *l. 21. C. mand. conf. l. 2. π. d. his, qui sui vel al. jur. sunt. l. 3. §. 1. in f. C. d. Secund. Nupt. & habet licentiam utendi rebus suis sicut voluerit, nulla prohibitione de earum gubernatione illata. Nov. 108. in Praf. & §. 1. in f. adeo ut rebus suis aliquo modo possit abuti etiam per l. 9. §. 3. π. d. A. R. D. §. ult. Inst. d. his, qui sunt sui vel al. jur. l. 25. §. 11. π. d. hered. petit. vid. C. I. A. tit. d. A. R. D. §. 65. Hinc etiam*

etiam licet dominis res suas oppignorare. *Idem C. I. A. tit. d. pignorib. & hypoth. §. 7.* vendere & quovis modo alienare, per ea quæ habet *Ampliss. Dn. Schilterus in Inst. Jur. Civ. 2. 2. aph. 2.* ideoque & Dominum libere donare posse, qualiscunque etiam sit, sive conjugata sit persona, sive non conjugata, sive vir sive mulier, per manifestum videtur, argumento eorum habet *Magnif. Dn. Schragius in Introd. ad π. tit. d. donat. §. 9.* præcipue quoniam libera hæc atque illibata res suas alienandi potestas à jure ac libertate naturali omnibus insita, dependet,

§. 21.

Verumenimvero hisce objectionibus respondetur, negari quidem non posse, quemlibet esse rerum suarum liberum moderatorem atque arbitrum, secundum legem *cit. 21. C. mand.* atque libertatem illam esse naturalem, & ex jure naturali provenire: Ast & illud animadvertendum arbitror summe necessarium, restringi nimirum quandoque libertatem illam naturalem à regulis juris civilis: Lex enim Civilis quanquam nihil potest præcipere, quod jus naturæ prohibet, aut prohibere, quod præcipit, potest tamen libertatem naturalem circumscribere, & vetare quod naturaliter licebat, atque ipsum etiam dominium naturaliter acquirendum vi sua antevertere, ut fatetur ipse Juris Naturæ exquisitissimus scriptor *Hugo Grotius de I. B. & P. lib. 2. c. 2. §. 5. conf. l. 6. π. d. I. & I. Dn. Strycke in specimine moderni Usus Pandectarum nuperrime emissio. tit. d. pactis. §. 16. p. m. 283.* Maxime autem hoc procedit in hac nostra donationum materia, quia donare perdere est, & quantum donamus tantum decedit bonis nostris. *l. 7. π. d. donat.* facit etiam quod donatio bonæ administrationis fines excedat. *l. 28. §. f. π. d. pact.* In id autem probe vigilare debent, qui gubernant rempublicam, ne re sua quis

male utatur, §. *fin. l. d. his, qui sunt sui vel al. jur.* atque sic etiam curare debent, ne donationum modus excedatur.

§. 22.

Expeditum proinde omnino est, prohibitas esse inter conjuges donationes, *l. 1. cum ll. seqq. d. donat. inter vir. & ux.* quia indignum videbatur concordiam maritalem pretio, sicuti adulteria conciliari, & se invicem nimia largitatis profusione spoliare conjuges. Unde & illud mali sequebatur, ut melior liberaliorque in paupertatem decideret, deterior locupletaretur. Ergo ut appareret, amorem conjugalem sine pretio stare, & omnia inter virum & uxorem jure individuae societatis citra peculiarem liberalitatem esse communia, desitum est facere in matrimonio donationes. *Wesemb. in parat. π. h. t. n. 2. Alciat. in Comment. in Decretal. tit. de praescript. n. 97.* Quas tamen rationes respuit, ac ut fuitiles, frigiditas atque ineptas rejicit *Bachov. & Wesemb. d. l.* Sed ab hac injuria vindicat *Hahn. ad Wesemb. d. l.* quia non modo juris sunt positivi sed & juri naturali non parum convenientes, atque ab aliis gentibus non penitus improbatæ, Ideoque & à *Rittershusio* dicuntur rationes elegantes. *ad Nov. Part. 5. c. 12. n. 1.*

§. 23.

Moventur autem inter Ddres circa hanc materiam variae quæstiones, quas quidem omnes hic recensere atque examinare longum nimis esset; interim tamen aliquas earum, ac inter eas illustriores proponemus, sed paucis. Quæritur autem primo, an inter conjuges donatio juramento confirmetur & valida fiat? Resp. distinguendum puto inter jus civile, vetus & novum, atque inter jus Canonicum: Illo, nimirum jure Civ. Romanorum veteri, negatur utique juramentum tam esse efficax, ut hanc prohibitam donationem confirmare queat, quia ju-

ramen-

ramentum nullitatis defectus non supplet. *Bald. in l. 1. n. 4. C. d. operis libert. Dec. Consil. 394. n. 1. & n. 6.* nec legi prohibitoriae efficaciter cum juramento renunciari potest. *Gloss. in l. a divo. 58. verbo: actionem. π. d. Rit. Nupt. & l. 1. in f. C. ne fidejussores dot. dentur.* At Jure Civili Romanorum novo, post Senatus consultum, quia valet etiam sine juramento, multo magis adjuncto juramento valebit. Jure tamen Canonico valebit talis donatio interposito juramento, quia juramento interposito confirmantur ea, quæ absque dispendio salutis æternæ possunt servari. *c. cum contingat. 28. d. jurejur. & c. quamvis. 2. d. pactis. in 6to.* accedit quod talis donatio non sit irrita per se & jure naturali, sed jure tantum positivo, ut proinde absurdum non sit juramento firmari, *Magnif. Dn. Schragius In Introd. h. t. §. f. C. I. A. h. t. §. 6. n. 29. Eckolt. h. t. §. 2. n. 5. Gail. Obs. 2. 40. n. 5. Bachov. ad Wes. h. t. n. 5. Hahn. ad Wes. h. t. n. 5. Mynsing. Cent. 2. Obs. 33. n. 5. Dissentiunt tamen Carpz. p. 1. Const. 28. def. 73. n. 7. & p. 2. Const. 13. def. 1. n. 2. conf. Andr. Alciatus Comment. in Decretal. tit. d. jurejur. n. 289. & seqq. p. m. 759. & seq.*

§. 24.

Quæritur, secundo, an statutum nostrum vires suas quoque extendat ad ultimas voluntates, v. g. testamenta, codicillos, legata, fideicommissa, ac donationes mortis causa? Resp. de jure Romano prohibitio illa ad ultimas voluntates non pertinuit, quoniam legislator Romanus facilitatem donandi & fraudandi inter vivos coercere voluit tantum. *l. 9. §. f. 10. & l. 1. 26. §. 1. π. h. t. l. 109. π. d. legat. 1. l. 33. §. 2. π. d. leg. 3. l. 19. C. eod. l. 5. C. d. hered. inst.* Nostrum autem statutum, prout observantia & praxis testatur, utique ultimas quoque voluntates comprehendit. Tractat hac de re Consultissimus Dn. Schilterus in Con-

C 2

filio

filio quodam MSC. in hunc laborem ex singulari gratia mihi communicato, verba sic sonant: Nach dem aber die successio testamentaria mit dem jure Romano einmahl recipire worden / ist die Frage / ob dergleichen Text (intel- ligitur textus noster) per extensivam interpretationem auch auff die donationes mortis causa, vel testamentariam institutionem zu extendiren seye / und also kein Ehegatte den andern zum Erben einsetzen / oder per legatum etwas eigenes vermachen könne. Nun befindet sich zwar dergleichen opinio allhier (loquitur de patria nostra) welche auch so viel bisher gewürcket / daß die Einsetzung der Ehe- leute per dispensationem allererst hat erhalten werden muß- sen / allein ich kan solche nicht fundire befinden / dann sol- che extensio contra rationem juris ist / als welche nur die facilitatem donandi & fraudandi inter vivos zu coërciren intendirt / hingegen dieselben per mortem conjugis do- nantis vielmehr confirmirt / als in welchem Fall keine de- fraudatio donantis, aut metus inopiæ, secundum *l. si id.* 28. §. 2. π. d. *don. inter vir. & ux.* mehr statt findet. Es sey aber diesem wie es wolle / und würde gut seyn / wann des- falls eine constitutio declaratoria vom Magistrat erfolgte. haftenus Ampliff. Dn. Schilterus. Dn. Joh. Joach. Rehm. autem Argentor. Patruus meus, Gratianopoli beatè de- functus in Disputatione sua Inaugurali Juridica, anno 1661. d. 20. April. hic habita, de differentiis nonnullis inter Jus Civile Justinianæum, est statuta moresve Argentoraten- sium, cap. fin. ab ipso Magistratu Reip. hujus, hunc arti- culum ita declaratum esse asserit, ut ad ultimas quoque voluntates extendatur; quam assertionem de verbo ad verbum exscripsit Dn. Franciscus Fridericus Würzius Ar- gentoratensis, suæque inseruit Inaug. Disput. d. 5. Mens. Jun. 1680. hic habitæ, de bonis Conjugum & illatis & du- rante

rante matrimonio acquisitis. §. 20. Verum haftenus con- stitutionem hac de re videre mihi nondum licuit, proinde per Magistratus declarationem observantiam forte, jus non scriptum, aut res judicatas intelligit pie defunctus Patruus meus in laudata disput. & ex ea Würzius. *l. cit.*

§. 25.

Tertio quæritur, an xenia, dona in festo nativitatis Christi, strenæ &c. was zum Christkindel / Messfram und und auff den Geburts-Tag gegeben wird / huc quoque pertineant? Et magis puto non pertinere, per *l. 31. §. 8. π. h. t. Magnif. Dn. Schrag. in Introd. ad π. h. t. §. 2. C. I. A. h. t. §. 6. n. 32. Carpz. p. 2. Const. 13. def. 20. Eckolt. h. t. n. 2. Ber- lich. 2. Conclus. 15. n. 28. Dn. Würzius dicta Disp. Inaug. §. 21.* ubi ait, quotidianam praxin in Inclyta hac nostra Rep. te- stari, has enarratas ac similes alias donationes non esse pro- hibitas, ac nostro statuto comprehensas.

§. 26.

Quarto quæritur, an hæc prohibitio quoque intel- ligenda sit de donationibus conjugum reciprocis? Quod negamus, quoniam hæc prohibitio locum saltem habet, si donator fiat pauperior, donatarius vero locupletior. *l. §. 8. l. 25. π. h. t. l. 3. π. pro donato. vid. Dn. Schwendendorff- rus ad Eckolt. h. t. §. 2. in nott. Wesenb. parat. ad π. h. t. n. 5. C. I. A. h. t. §. 6. n. 30. Mynsingerus Cent. 2. Obs. 33. Vigel. Cent. 3. Respons. 70. Carpz. p. 2. Const. 13. def. 18. B. Dn. Stöckenius in citata disp. d. donat. illicitis, §. 21.* Referuntur quoque à Marculfo Monacho formulæ reciprocæ inter conjuges do- nationis, ut *lib. I. form. XII. & lib. II. form. VII. vid. & Gol- dast. Rer. Alamann Tom. II. Part. I. cap. de testamentis XIII. Chartarum & Instrument. veterum Alamann. p. m. 29.* De nostro autem statuto in specie iterum agit Consultiss. Dn. Schilterus in modo cit. Consilio MSC. verba ita leguntur: So ist auch dieses gewiß / und omni jure & ratione fundirt /

Das die donationes reciproæ conjugum allerdinge valide seyen / cessante quippe causa & metu defraudationis, das hero dann auch die institutio inter conjuges reciproca valida ist / per jura notoria. Die prudentia civilis gibts / das es einer Republic vortrüglicher ist / das dergleichen Familien Übersuß an Vermögen durch letzte Willen denen Bürgern so geringes Vermögens / communicirt und dadurch die æqualitas civium und derer conservation desto mehr erlanget werde / vornehmlich bey solchen Arten der Republicen / welcherley hiesige ist. Derowegen dann obiger Text ex ratione juris communis zu declariren / und ad donationes viventium zu restringiren / jedoch mit dieser clausula ampliativa, in welchen weg sie geschehe / sive inter vivos sive mortis causa fiat simplex donatio aut traditio, ein anders aber / wann das negotium inter conjuges reciprocum ist. Allermassen nun obiger Text us die testamenta conjugum reciproca nicht füglich mag extendirt werden / als ist umb so viel mehr die observantia quæstionis, das ein Ehegatt des andern Erben ab intestato oder nächste Anverwandten zum Erben eingesetzt / in ratione juris fundirt / und mag mit bestand nicht behauptet werden / das sie in fraudem juris statutarii eingeschlichen seyn; in dem in statutis nirgends verboten / das die Eheleute per testamentum reciprocum einander nicht könten instituiren. *conf. iterum Dn. Wurz. in disp. cit. §. 21.*

§. 27.

Quinto quæritur, an donatio inter conjuges valeat, quoties in pactis dotalibus de ea prospectum, ita, womit sie einander in wärender Ehe begaben werden / das solches dem andern eigen seyn soll / als ob es vor der Hochzeit verehrt worden? Negant quidam *Dd. arg. l. 7. §. 7. π. d. pact. vid. Chassan. Conf. 2. sed magis est, ut affirmetur, per l. 6. C. d. pact. Schurff. Cens. 2. Conf. 17. 6. 8. Gail. Obs. 2. 78. 8. Suarez. d. bonis*

*d. bonis const. matrim. acquis. tit. d. arrhis.* Atque ita etiam judicatum in Senatu Majori d. X. Maji 1666. in causa D. Stirn, contra Thalerische viduam. Ambstelodami hoc ipsum observatur, prout refert Nic. Duyfendaelder Ambstelodamensis JC, in *Obs. ad LL. Satuta & Consued. Amstelodamenses cap. XLIII. p. m. 313.* his verbis: Quoties igitur de divisione bonorum quæstio incidit, ante omnia spectandum est, an inter conjuges ante nuptias aliquid certi sit constitutum, an ipsi societatis suæ limites certos posuerint, illis enim concessum est, pactis ante nuptialibus communioni, lege vel consuetudine introducta derogare, & ab illa recedere, in quantum velint. *Grotius lib. 2. Jurispr. Holl. c. 12. & cit. Nic. Duyfendaelder d. tr. c. XLIV.*

§. 28.

Quæritur sexto, an hæc constitutio extendenda etiã sit ad incolas, qui civibus opponuntur & Schirmsverwandte dicuntur? Jam olim in Camera Imp. similis lis fuit mota, an Constitutio Imperialis de Pignorationibus etiam sit extendenda ad Judæos, affirmativam obtinuisse ex *Schwanem. Obs. Cam. 67. refert. Wehner. Obs. voc. Schirmsverwandte.* Atque ita in hanc sententiam etiam in foro nostrate judicatum fuisse edoceor. Facit huc etiam formula juramenti ab incolis præstandi, anno M. CCC. LXXVII concepta. *Unsere Herren Meister und Rat / Scheffele und Aman sint vbercin kofien / das alle die / sie sint edel oder vnedel / die bi uns in vnser Statt zu Strassburg sesshafte oder wonende sint / sweren sollen zu den Heiligen / Meister und Räte und iren Geboten gehorsam zu seinde / und och zu haltende / als der Brief stat / den man alle Jare vor dem Munster lifet : und och andere Gebote und Befehnde / die vnser Bürger oder Bürgerin halten vnd vollesären müssen : bi den Penen die da bi geschriben stant : vnd*  
wer

wer das vngheorsam were / und sich des bergen wolte /  
 vnd darüber in vnser Statt wonen und wandeln wolte /  
 wie ime das gefüglich were / der bessert XX. th. und will  
 man och die nit varen lassen. Vnderfunde er danne da  
 zwischen keiner hande sachen / da von vnser Burgere und  
 die vnsern in keinen Vresten oder Schaden kement / das  
 wolten vnser Herren Reistere und Rat / zu desselben Libe  
 und Gut wartende sin. Actum & pronunciatum in die  
 dominica proxima post festum Sti Johan, Baptist. anno  
 M. CCC. LXXVI.

Atque hæc sunt, quæ pro ingenii modulo de præ-  
 sente materia conscribere ac proponere placuit: ut au-  
 tem B. L. æqui bonique ea consulat, est quod enixe peto ac  
 efflagito. Tu vero T. O. M. DEUS! pro divina Tua  
 concessa gratia, pro clementissime præstato hæctenus mihi  
 in Academicis studiis auxilio, æternas habecas gratias,

*Laus Tibi qui nostros aluisti hucusque  
 labores*

*Singula collaudent Te, pagina, linea,  
 verbum.*

F I N I S.

